

EMBLEMA CX.

Perseuerandum.

CX.

Perrumpit, qui fortiter instat.

Ecce rotam cupiens aptare rotarius axi,
 Nititur axigerum perterebrare tubum,
 Nec piger inualidis peragit sua cœpta lacertis,
 Sed, dum perrumpat fortiter vrget opus:
 Brachia nec lentâ metuit lassare terebrâ,
 Assiduo quamuis torqueat orbe manus;
 Sedulus at perstat solidum pertundere truncum;
 Constanterque grauem vincere duriciem:
 Cedit & instanti tandem, obsequiturque labori
 Truncus, & in medio grande foramen habet.
 Scilicet assequitur stabilis constantia finem,
 Vixque imperfectum fessa relinquit opus,